

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

cxlviii [i.e. ii]. Infinitum categorematicum implicat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

ctionem possibilem, qualis est, & esse potest
solus Deus; nam & de hoc secundum quan-
titatem virtualem accipientibus , semper est
aliud extra accipere , non ex quo cōponatur,
sed cui perfectè æquivaleat , quanquam alii
bene rō secundum quātitatem ; in definitione
infiniti omittant. Aliud secundum quid & in
certo genere tantūm secundum rationem ali-
quam contingētem est infinitum , idq; vel se-
cundum extensionem partium quantitativa-
rum, vel secundum intēsionem graduum, vel
secundum numerum. Aliud iterum catego-
rematicum seu actuale, quod habet partes &
quales uni certæ, seu aliquotas actu existentes
infinitas : aliud syncategorematicum seu po-
tentiale, quod habet actu partes aliquotas fi-
nitas, secundum partes verō, quas successivē
habere potest, infinitum est, sive cui aliæ &
aliæ partes in infinitum addi possunt, vel etiā
cujus partes aliquoræ in partes indetermina-
tas plures & plures in infinitū dividi possunt.

II. Infinitum tale syncategorematicum de
facto datur in quocunq; cōtinuo & numero;
imō & perfectione creata : nam quācunq; è
creatūrā productā, Deus potest producere
perfectiōrem ; cūm particabilitas Dei sit

infinita, id est, perfectius & perfectius infinitum participabilis ; Item distantia divina perfectionis à quacunq; creatura sit infinita id est, perfectio creata possit crescere, & nunquam accedere ad divinam. Nec opponas : collectio omnium creaturarum possibilium ad huc infinitè distat à Deo, & tamē ultra hanc nihil aliud est possibile; nam præterquam quod sic loqui nō liceat : *collectio omniū possibilium*; quasi hæc certâ aliquâ collectione includeretur ; hæc collectio est quid indeterminatum, dicit semper plura & plura, & tota simul nequit existere, adeoq; Deus ultra illam non est participabilis ; creatura verò ista perfectissima esset quid determinatum totum existens simul. Distat autem hæc possibilium series proximè à Deo collectivè accepta, sive ratione omnium, nō ratione aliquorum acceptoru determinatè & distributivè ; & licet omnes hujus seriei creaturæ acceptæ collectivè non excedantur ab aliis creaturis (quidquid enim est extra hanc seriem, est chimæra) nulla tamē determinatè assignari potest, quæ nō excedatur sursum ascendendo, & quæ non excedat descendendo ; neq; Deus ullam ex hac serie determinare potest, quæ sit omniū perfectissima.

s in in-
a divina
n finita
& nun-
as : co-
um ad-
ra hanc
ā quod
viliū;
uderē.
atum,
nul ne-
on est
etissi-
stens
series
ratio-
otorū
mnes
e non
enim
ramē
eda-
edat
serie
Etis-
na.
fima, cùm quācunq; determinatè cognitâ, vi-
deat aliam perfectiorem, aliàs hæc series non
esset infinita. Dum itaq; dicitur : *Deus potest
producere perfectissimam, quā potest producere;*
falsum est suppositum , & consequenter ipsa
propositio ; omnis enim propositio de subje-
cto non supponente, et si identica, est falsa ;
quales sunt hæ : *Anti Christus sanctus est san-
ctus : Deus potest facere omnes divisiones conti-
nui, quæ possunt fieri.*

III. Infinitum categorematicum creatum
in omni genere perfectionis in terminis repu-
gnat; hoc ipso enim esset ens à se, adeoq; non
creatum. Implicat quoq; hoc infinitum tā in
extensione, quām in intēsione & numero; se-
queretur enim duas multitudines aut lōgitu-
dines infinitas (idē facile duobus in intēsio-
ne infinitis applicabitur) etiā post subtractos
uni multos millions unitatum aut palmarū,
alterā remanēte integrā, fore ejusdem speciei
(omnes quippē multitudines & magnitudi-
nes infinitæ, qualis adhuc remanet multitudo
infinita post quam cunq; subtractionē partiū
finitarū, in ratione multitudinis & magnitu-
dinis sunt ejusdem speciei, non minùs, quām
omnes numeri septenarii in ratione numeri)